Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica III. Quadrages.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53055

Visual Library

DOMINICA III. QUADRAGES.

Relapſus. THESIS I. *Fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.* Luc. 11. v. 26. Quò ſæpius peccatum aliquod eſt remiſſum, minùs eſt remiſſibile, mutato ſcilicet in pejus ſtatu Relapſi propter quatuor funeſtas circumſtantias: I. Ingratitudinis, II. Contemptûs, III. Perfidiæ, IV. Malitiæ. *Craſſet Solitud. Chriſtian. fol. 453. punct. 2. Jam enim non ſimplex peccatum eſt, ſed duplex, aut triplex.* Inquit *S. Chryſoſt. hom. 1. in Act. 1.*

Confeſſio. THESIS II. *Erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc. 11. v. 14. Qui gravia peccata in Confeſſione occultant. I. Per Pœnitentiæ Sacramentum non juſtificantur. II. In extremo Judicio confundentur. III. Inferni Supplicijs adjudicabuntur. *La Selve Conc. 1. in Adventu.*

Peccatum veniale. THESIS III. *Erat ejiciens dæmonium.* Luc. 11. v. 14. Non tan-

tum

tum malum eſſe à dæmone obſideri, quàm peccato veniali inquinari. *Lege Menoch. Cent. 6. c. 67.*

THESIS IV. *Locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.* Luc. 11. v. 14. Confeſſio quinque ſtupendas operatur mutationes. I. Mutat *Peccatorem.* II. Mutat *Peccatum.* III. Mutat *Deum.* IV. Mutat *Cœlum.* V. Mutat denique *Infernum.* Scilicet Peccatorem ex inimico in amicum Dei; Peccatum ex nocivo in non nocivum; Deum ex irato in placatum; Cœlum ex clauſo in apertum; Infernum ex aperto in clauſum. *Thomas Reina in Quadrageſimali Dom. 3.* *Confeſſio.*

THESIS V. *Spiritus immundus.* Luc. 11. v. 24. I. Quando homo contrahit peccatum *Superbiæ*, peccat ſicut Angelus. II. Si ſe permittit *Avaritiæ*, peccat, ut homo. III. Si ſe coinquinat peccato *Immunditiæ*, peccat, ut beſtia. *Comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Pſ. 48. S. Bern.* *Luxuria.*

THESIS VI. *Immundus Spiritus.* Luc. 11. v. 24. Cor impurum viva imago Inferni, ſeu damnationis, quæ

quatuor in ſe continet: I. *Tenebras* horribiles: Mittite eum in tenebras exteriores Matth. 22. II. *Perturbatio*: Nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat Job. 10. III. *Servitus* perpetua: Pluet ſuper peccatores laqueos Pſ. 10. IV. *Vermis*: Vermis eorum non moritur Marc. 9.

Confeſſio. THESIS VII. *Locutus eſt mutus*, Luc. 11. v. 14. Diabolus noſtræ ſalutis inimicus, cùm nôſſet, quia peccatum *verecundiam* habet, Pœnitentia *fiduciam*, ordinem reprobus permutavit, & invertit: Pœnitentiæ dedit verecundiam, fiduciam Peccato S. Chryſoſt. Procem. in Iſai. In Judicio confundentur perniciosè, qui non volunt confundi ſalubriter. *S. Aug. ſup. Pſ. 85. Bretteville hic.*

Mutus. THESIS VIII. *Et illud erat mutum*, Luc. 11. v. 14. Tria genera ſunt mutorum inter Chriſtianos. I. Primi ſunt *Timidi*, qui muti ſunt, cùm publica peccata deberent reprehendere. II. Secundi *Superbi*, qui muti ſunt, cùm peccata ſua, maximè impudica, deberent confiteri. III. Tertij *Impij*, qui muti ſunt, cùm deberent laudes Dei can-

cantare, & orare. Primi Muti Chriſtiani violant præceptum fraternæ Correctionis; Secundi profanant Sacramentum Pœnitentiæ; Tertij deſunt Officio ſuo colendi Deum, ſeu Religionis. *Nicolaus de Dijon Capucin.*

DOMINICA IV. QUADRAGES.

THESIS I. *Unde ememus panes?* Joan. 6. v. 5. Eſt enim Solicitudo, quæ *decet*. II. Solicitudo, quæ *prodeſt*. III. Solicitudo, quæ *nocet*. *Solicitudo.*

THESIS II. *Cùm vidiſſent, quòd JESUS fecerat ſignum.* Luc. 6. v. 14. Miracula quotidiana in Eccleſia ſunt; I. Euchariſtia. II. Confeſſio. III. Gubernatio Mundi &c. Sed quia quotidiana, jam non ſunt in conſideratione apud homines &c. *Vide ſis Lectiones III. Noctur. in hodier. Brev.* *Miraculū.*

THESIS III. *Sequebatur eum multitudo magna.* Luc. 6. v. 2. I. Magna pars *Commodū proprium.*